

Johann Quistorp


Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult. Senior. Ad Exequias Quae ... Dn. M. Petro Sassen, Professorum Collegii Illustrissimorum Seniori, & Logices Professori dignissimo, a liberis & generis hodie in Templo Mariano ad horam primam parabuntur; Omnes Academiae Cives amanter invitat : [P. P. Rostochii, 25. Februarii, Anno 1642]

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75590706X>

Druck Freier  Zugang





KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhafftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.

Steht bei Rara -

KL-241. (4.) <SON>

bestrahlt 2000

13.

65

12.

PROGRAMMA

QVO

RECTOR

Vniversitatis Rostochiensis

JOHANNES QVISTOR-

PIUS, D. & Theol. Facult.

Senior.,

AD

EXEQUIAS

QUÆ

VIRO DOCTISSIMO ET CLA-

RISSIMO

DN. M. PETRO

SASSEN, Professorum Col-

legij Illustrissimorum Seniori, &

Logices Professori dignissimo,

à liberis & generis hodie in Templo Mariano

ad horam primam parabuntur;

Omnes Academix Cives amanter

invitat.

☉(o)☉

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLII.



Erram cernimus vepres,
lotium, lappas, tanquam
ex se natam sobolem, non
solam producere sponte;
sed et fovere et sustenta-
re uberrime, ac diutissi-
me: nobiliores contra
plantas noverca durior,
tanquam alienam pro-
lem, non solum alit parcius, tractat miserius, sed
et diutius fovere renuit. Idem ferme in humano
genere bonis et malis usu venit. Malos tanquam
genuinos liberos blandè complectitur, fovet uberrime,
sustentat diutissime; bonos durà et parcà tra-
ctat manu, et diutius ferre recusat. Causa hu-
jus rei qua sit, jam dixi, eandem et Poëta Man-
tuanus indicat:

Vir bonus est cœli, malus est telluris alumnus;

Quos igitur Cœlum diligit, odit humus.

Nec tamen est quod bruto terra affectui hoc ascri-
bamus, summum illud numen, quod cuncta nati
suo moderatur, hisce præscribit modum, huic felicia
et infelicia, longam et brevem vitam accepta re-
ferimus. Is quandoque etiam bonos in his terris cir-

cum-

660
12.
cum fluere necessariis, quosdam superare diutius &
ad terram pervenire senectū permittit. Concessit hac
omnium rerum moderator Deus viro Doctissimo
& Clarissimo, Dn. PETRO Sassen/ Logices
apud nos Professore celeberrimo. Cui genus ducere
ab optimis parentibus & majoribus, ad hanc vitam
sustentandam necessarijs instructum esse; ad mul-
tos annos super vivere datum fuit. Natale illi so-
lum fuit hac Urbs Rostochium, quæ cum Anno
post Christum natum millesimo. quingentesimo,
septuagesimo primo, mensis Novembris die trige-
simo, primos edentem vagitus audivit. Parentes
honesti ac primi nominis habuit: Patrem JACO-
BUM Sassen/ civem & mercatorem præcipu-
um; Matrem ANNAM BURENIAM,
omnibus matronalium virtutum dotibus insignem.
Avus ipsi paternus fuit, PETRUS Sasse/ se-
natorij Ordinis vir prudentissimus. Avia pater-
na THALIA TURCOVIA, ex antiquâ
Turcoviorum familiâ oriunda. Maternus ipsi
avus fuit M. ARNOLDUS BURENIUS,
quem jure merito Academia hujus restauratorem
salutamus, quam ille barbarie, & scholasticorum
Vtiligationibus immersam, elegantia nitore, &
saniori Philosophia præceptis illustrare cœpit. Avia
materna fuit ANNA SCHRÖDERIA, fa-

mina honoratissima. Parentes, quibus post DEUM
denatus noster vitā debet, eundem, à pueris ad pie-
tatem, virtutem & morum elegantiam domi edu-
cârunt, & eruditissimis ingeniorum cultoribus ac indu-
strijs animorum formatoribus, Dn. M. Neovino,
Dn. M. Nathani Chytræo eorundemq; Symmy-
stis, in Scholâ hujus Urbis triviali, formandum
commiserunt. Sub his cum tantos fecisset progres-
sus in studiis, ut dignus judicaretur, qui uberioris
doctrinæ gratiâ aliò mitteretur, ex intelligentium
consilio, annos natus quatuordecim, Magdebur-
gum iit; præerat ejus loci Scholæ tum temporis Re-
ctor Dn. M. GEORGIUS ROLLENHA-
GEN, Cujus famâ ille cōparentes ipsi filium su-
um informandum tradiderunt: quo ille præceptore
cum per triennium non infelicitè usus fuisset, anno
1588. huc ad nos redijt. Academia factus alum-
nus, non quod hodie, probedolor! plurimos facere
experimur, Baccho & Vacuna litavit, sed totus in
eo fuit, ut id ageret, quod industrium studiosum de-
cet. Postquam apud nos triennium commoratus
esset, ad Academiam Francofurtensem Anno 1591.
Inde anno insequenti 1592. Wittebergam concessit,
ubi posteaquam in Musarum castris gnæviter us-
que ad annum 1594. versatus esset, inde Rostochi-
um ad suos denuo reversus est. Qui nullis par-
centes

608
centes sumtibus, modò filium variâ eruditione or-
natum haberent, cum statim in Belgium, inde in
Angliam, ex Angliâ in Galliam ire voluerunt, non
solum ut variorû hominû mores & linguas, quod
& affectus est, disceret, sed & ijs, quæ in linguis, ar-
tibus ac scientijs ante noverat, plura adderet. Nec
false fuere parentes: ex locis his quippe post trienni-
um reducem filium, & morum elegantia, & eru-
ditione variâ insignem, receperant. Quamvis au-
tem tunc denatus noster eruditione is esset, cui
Sparta quadam publica in Academia ornanda
committi posset; placuit tamen parentibus, & a-
gnatis, ut Jenensem & Lipsiensem quoq; inuiseret
Academias: Parentum voluntati paruit filius,
& biennium in locis his usque ad annum 1600.
Musis deditus vixit, repetit ille tum Rostochi-
um, & quæ ante hic & alibi didicerat, tum recoluit,
tum non parum auxit, donec anno 1602. Logices
apud nos vacare professio inciperet, quæ ipsi ab Illu-
strissimo & Celsissimo Principe Udalrico, vniuersitatis
commissa est, quam, frustra ob nitentibus invidis,
eo anno acceptavit, & per omnem Vitam, quanti-
sper per Corporis vires licuit, ita ornavit, ut intel-
ligentium favorem & encomia abstulerit, quæ &
mortuus sepulchro servat. Eodem illo anno vitæ
sociam elegit & virginem pudicissimam ELISA-


BETHAM, Amplissimi & gravissimi apud
nos Consulis, Domini JOHANNIS KEL-
LERMANNI filiam, quam ille in deliciis vi-
vam habuit, & biennio post sublatam graviter lu-
xit. Quum autem res ejus domestica non permit-
terent, ut viduus omnem vitam transigeret, ad se-
cunda vota Anno 605. transijt. Conjugem sibi
elegit Castissimam Virginem EUPHROSY-
NAM, Dn. BERNHARDI HAGENMEI-
STERI, Senatoris Gustroviensis prudentissimi
filiam. Cum qua ipsi ad annum 1620, quando
tabe exstinctam vidit conjugem, & concors, & pro-
le fecundum fuit matrimonium. Fecit enim
septem eum liberorum patrem, filiorum duorum,
JACOBI primi & JACOBI secundi, quos
infantes admodum rebus humanis exemptos vidit.
Filiarum quinque ANNÆ, EUPHROSYNÆ,
ELISABETHÆ, DOROTHEÆ, AGNETÆ.
Quos omnes non infeliciter elocavit. Primam
BALTHASARI Hanen / post hujus obitum
JOHANNI SCHARFFENBERGIO, & post
hunc sublatum, LAURENTIO GEISMARO,
omnibus ex primarijs apud nos familijs ortis.
Secundò genita nupsit JOHANNI DUN-
CKERO, civi & Viro optimo, qui obitu suo ean-
dem Viduam fecit. Tertia nuptum data est
CHRI-


662

CHRISTOPHORO BERNHARDO
SCHRADERO, *Senatori hujus Civitatis, & pru-*
dentissimo & optimè merito, quæ post hunc morte subla-
tum, in secundo conjugio vivit cum JOHANNE
WILLEBRANDO, *Cive primario. Quarta*
cum Viro Reverendo & Clarissimo Dn. M. LUCA
BACKMEISTERO *S. S. Theologiae Professore,*
Collegâ & compatre meo suavissimo, in matrimonio con-
vivit. Quintam ambiit & ex ambiit affinis meus honorandus
Dn. BERNHARDUS LINDEMAN,
Protonotarius hujus Urbis Consultissimus. Non leviter hæc
conjugia conjugum nostrum exhilarârunt, quamvis, ut
sunt rerum humanarum vices, generorum quorundam
non expectatâ morte, alijsq; intervenientibus difficultati-
bis quandoq; lætitiæ affasi sint mœrores. Fuit hujusmodi de-
functi nostri conjugium, & quæ cum conjugio conjuncta, rã-
tio. Ipse eam, quam acceperat Anno 1602. Professoriam
functionem, annos quadraginta continuos laudandâ orna-
vit diligentia. Quoties labores auspicabatur, docendo, non
ante desistebat, quàm quod cæperat ad finem perduxisset.
Erat in perorando gravis: in Consilijs dandis & candidus
& acutus: Res Academicas sibi commissas expediebat fi-
deliter, & fasces gerens præfuit prudenter: Collegijs, qui-
bis sui desiderium reliquit, absque Fidoveixia convixit fra-
ternè. Omnem vitam ad pietatem componebat. Precibus
publicis quotidianis, quod pauci faciunt, perpetuò, etiam
senex agrè incedens, intererat. Diebus festis & profestis,
antequam sacra peragi inciperent, sua occupabat subsellia;
& quod non sine plurimorum rubore affirmo, sæpe mihi
solus sub initium sacrorum in Templo visus est. Valetudi-
nis


nis fuit per omnem vitam constantis, nisi quod postremis au-
nis, ingravescente aetate, Scorbutus & difficultas respiran-
di eum exercuit. Hostes hi ante pauculas septimanas in le-
ctam senem coniecerunt, Cui ille affixus à consuetâ pietate
nihil remisit; corpore & sanguine Salvatoris se cibari cura-
vit; precibus Deo commisit, qui illum, mente sibi rectè con-
stante, intra decimam & undecimam meridianam, die
21. Februarij rebus humanis exemptum, ad vitam melio-
rem, quam in his terris 70. annos vixisset, transtulit, felix
cui eo, quo dicimus, modo & vivere & ad gaudia aeternâ
transire licuit! Vos Academia Civis, vel me tacente, quid
vestri officij sit, nôstis. Non solum Collegij Professorum
Principum, sed & totius Universitatis Seniori ultimum ho-
norem debetis; Frequentes cum praesate, & comitatu ve-
stro ad dormitorium exuvias corporis in Templo Mariâ
hodie horâ primâ deducite. P. P. Rostochij, 25. Fe-
bruarij, Anno 1642.











Quidem diversæ passim Philosophiæ
circumferuntur descriptiones, quas
singulas, & recensere, longum; & ad
rationis, in præsentiarum, libellam re-
vocare, tædiosum foret. Antiquissi-
mam ego primâ facio: tanquã à Philo-
sophorū, quos habemus, Primate la-
tã, omniumque, rectè philosophanti-
um, calculò, hactenus approbatã Pla-
tonis ea est, digna profectò Authore,
abus tantum voculis, **MEDITATIONE**, puta,
lvatur. Censebat Divinus ille Vir, tantò nos eva-
es, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne-
ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philoso-
pho, circa mortis meditationem reperiamus. Mor-
tè, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque
vitæ, quales esse in morte desideramus. Ea, animum
quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini
m notam inurere possunt. Ea est, quæ do-
m, timorem pellit, tranquillitatem inducit;
s casuum animum varietates firmat, adversus
reddit, quando omnia ab eodem impedi-
tantò paratior sit, sicubi res exiget, statim
quando est faciendum, statim exire, quo ali-
ndum, tabernaculo suo. Quæ enim ista mort-
st, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm
terris animal, præter hominem, cognitione.
DE